



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2. Vtrum conueniens fuerit hæc annuntiari per angelu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

debili iuro ex Germania Romam, & non de necessario simpliciter vel necessario, sine quo non potest perueniri ad finem. Nam constat, quod neque simpliciter necessaria est annuntiatio, quia oppositum non implicat contradictoria: neque sicut nauis ad transcendendum mare: quia poterat incarnari uerbum Dei absque prauiam annuntiatione: sed an fuerit necessaria annuntiatione, ita quod sine illa prauiam non bene fuisset facta incarnatio, quaeritur.

¶ In corpore unica est conclusio. Congruum fuit beate Virgini annuntiatione, quod esset Christum conceptura. Vbi nota, quod necessitas congruitatis respondet quaestio. Probatur conclusio quadrupliciter. Et omnia in litera clara sunt, duobus notatis.

¶ Primum est in prima ratione, quod quia diuina prouidentia disponit omnia sua iure, quemadmodum conceptio naturalis hominum praue nit a mentis opere, quo homines ad concipiendum per generationis actum conueniunt, ita beata Virgo in utero conceptura de Spiritu sancto, in mente erat prius monenda, ut prius conciperet in mente, quam in uentre, sicut etiam aliae matres prius concipiunt in affectu, quam in utero.

¶ Alterum est in secunda ratione, quod maior certitudo huius mysterii in beata Virgine causata est ex prauiam annuntiatione, quam si non, aut post fuisset de hoc instructa: quia prioritas annuntiationis attentam illam reddebat ad actum primum huius mysterii, ad quod non aduertisset, aut non ita aduertisset si non fuisset prius sibi nuntiatum. Attentio autem & eleuatio mentis maior, certio rem reddit.

¶ In responsione ad primum, cum autem audis prophetiam praedestinationis compleri sine nostro arbitrio causante, non intelligas omnem ab arbitrio nostro excludi causalitatem circa rem praedestinatum: quonia hoc falsum esset: causamus siquidem nostro arbitrio multa pra-

3. di. 2. q. 4.
arti. 1. q. 1. &
di. 20. ar. 4.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum conteniens fuerit ei annuntiatione, quod in ea generandum erat.

¶ Secundo, Per quem erat ei hoc annuntiatione.

¶ Tertio, Per quem modum ei annuntiatione debebat.

¶ Quarto, De ordine annuntiationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum necessarium fuerit annuntiatione beate Virgini quod in ea erat generandum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit necessarium beate Virgini annuntiatione, quod in ea fieri erat. Annuntiatione enim ad hoc solum necessaria esse videbatur, ut virginis consensus haberetur: sed consensus eius non uidetur necessarius fuisse: quia conceptus Virginis praenuntiatum fuit prophetia praedestinationis, qua sine nostro completur arbitrio, ut dicit quaedam glo. Matth. primo. Non ergo necessarium fuit, quod talis annuntiatione fieret.

¶ 2. Praeterea. Beata uirgo incarnationis fidem habebat, sine qua nullus esse poterat in statu salutis: quia ut dicitur Rom. 3. Iustitia Dei per fidem est Iesu Christi: sed de eo, quod aliquis per certitudinem credit, non indiget ulterius instrui. ergo beata Virgini non fuit necessarium, ut ei incarnatio filii Dei annuntiatione.

¶ 3. Praeterea. Sicut beata Virgo corporaliter Christum concepit, ita & quilibet sancta anima concepit ipsum spiritualiter. Unde Apost. dicit Gal. 3. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis: sed illis, qui spiritualiter debet Christum concipere, talis conceptio non annuntiatione. ergo nec beata Virgini fuit annuntiatione, quod esset in utero conceptura filium Dei.

SED CONTRA est, quod habetur Luc. 1. quod angelus dixit ei, Ecce concipies in utero, & paries filium.

RESPON. Dicendum, quod congruum fuit beate Virgini annuntiatione, quod esset Christum conceptura.

¶ Primo, Vtrum conteniens fuerit ei annuntiatione, quod in ea generandum erat.

¶ Secundo, Per quem erat ei hoc annuntiatione.

¶ Tertio, Per quem modum ei annuntiatione debebat.

¶ Quarto, De ordine annuntiationis.

destinata opera. Sed excludi causalitatem propriam respectu complementi per oppositum ad prophetiam comminationis: nam propheta comminationis non dicit causam, quod completur, sed relinquit nostro arbitrio utram partem uelit: qui enim comminatur, non cauere: sed si nos perseveramus in malo, nos ipsi accersimus comminationem: & ideo nostro arbitrio prophetia comminationis compleri dicitur: Sed qui praedestinat perducit ad destinationem terminum: & ideo prophetia praedestinationis causam in se importat complementi, & non relinquit illud optioni nostri arbitrii. Et propterea nostrum arbitrium, licet libere concurrat ad praedestinationis complementum, quia tamen non est causa huius complementi sicut in comminationibus, sed est concausa & subcausa respectu praedestinationis, ideo sine nostro arbitrio causante compleri dicitur prophetia praedestinationis.

¶ In responsione ad secundum, distingue inter fidem incarnationis future abolute, & ex Maria. Et uide quod beata Virgo habebat expressam fidem future in carnationis, sed non habebat fidem explicitam, quod ex te futura esset incarnatio: sicut modo credimus explicitam quod incarnatus est ex Maria.

¶ Communis autem ratio ex parte reiectae dicitur, quare tunc non erat fides huius conditionis, explicita est, quia nondum erat aperte promulgata, quod ex ipsa Maria futura esset incarnatio. Singularis autem ratio ex parte ipsius beatae Virginis fuit, quia ipsa erat humillima, nec tam excelsa de se cogitabat, ut in litera dicitur.

¶ Super quaest. trigesima articulum secundum.

IN corpore unica est conclusio. Conueniens fuit annuntiatione per angelum & cetera. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsionibus ad primum & secundum aduerte distentionem, dum quod

AD PRIMUM ergo dicendum, quod prophetia praedestinationis completur sine nostro arbitrio causante: non tamen sine nostro arbitrio consentiente.

AD SECUNDUM Dicendum, quod beata Virgo expressam fidem habebat in carnationis futura: sed cum esset humilis, non tam alta de se sapiebat: & ideo super hoc erat instruenda.

AD TERTIUM Dicendum, quod spirituali conceptione Christi, quae est per fidem, praedit annuntiatione, quae est per fidei praedicationem secundum quod fides est ex auditu, ut dicitur Rom. 10. Nec tamen propter hoc aliquis pro certo scit se gratiam habere, sed scit ueram fidem esse, quam accepit.

ARTICVLVS II.

Vtrum annuntiatione beate Virgini fieri debuerit per angelum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod beata Virgini non debuerit annuntiatione fieri per angelum. Supremis, n. angelis sit relatio immediate a Deo, ut Dion. * dicit 7. c. cael. hierar. sed mater Dei est super omnes angelos exaltata. ergo uidetur, quod immediate a Deo debuerit sibi annuntiatione incarnationis mysterium, & non per angelum.

¶ 2. Praet. Si in hoc oportebat seruari communem ordinem secundum

quod dicitur Luc. 1. quod angelus dixit ei, Ecce concipies in utero, & paries filium.

quod dicitur Luc. 1. quod angelus dixit ei, Ecce concipies in utero, & paries filium.

quod dicitur Luc. 1. quod angelus dixit ei, Ecce concipies in utero, & paries filium.

quod dicitur Luc. 1. quod angelus dixit ei, Ecce concipies in utero, & paries filium.

3. di. 2. q. 4.
arti. 1. q. 1.
di. 20. ar. 4.

* c. 7. p. 1.
a. m. d.

ad ordinem instru-
tionis humanae, me-
diantibus angelis, beata
Virgo legi communi
subiicitur: quo ad or-
dinem vero instru-
tionis mulierum a
uiris, beata Virgo a
communi lege excipi-
tur. Oportet ergo pru-
dentem esse doctorem
ad occurrentium ro-
piscernendas, ut
sciat in quo commu-
nitas cum aliis, & in
quo eximitur ab his,
quae omnibus aliis
communia sunt.

In responsione ad
quarta aduerte, qd q-
uis si ad magnitudi-
nem annuntianda p-
prie filii Dei incar-
nanda spectetur, fu-
prensus Seraphinus
debetur annuntia-
re, quia tamen annun-
tiate Dei uerbum in-
tra latitudinem uicula
norem officii annun-
tians clauditur, non
debetur aliquis extra
deputatus ad annun-
tandum, miti ad an-
nuntandum ut om-
nia suauiter diuina
prouidentia dispone-
rentur, & propterea
non debuit primus
Seraphinus annuntia-
re, sed supremus in-
ter archangelos.

archangelorum, qui est penultimus unde ecclesia can-
tat, Gabrielem Archangelum semis diuinitus te ef-
fectum non ergo huiusmodi annuntiatio per Ga-
brielem archangelum conuenienter facta est.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. i. Misus
est Gabriel angelus a Deo &c.

RESPON. Dicendum, qd conueniens fuit ma-
tri Dei annuntiar per angelum diuinae incarnationis
mysterii, propter tria. Primo quidem, ut in hoc
etferaretur diuina ordinatio, secundum qd median-
tibus angelis diuina ad homines perueniunt. Vnde
Dionys. * dicit 4. c. caelest. hierar. quod diuinum lesu
benignitatis mysterium angeli primo edochi sunt,
postea per ipsos ad nos cognitionis gratia transiuit.
Sic ergo diuinitus Gabriel Zachariam quide do-
cuit, prophetam Ioannem ex ipso nasciturum. Maria
autem quomodo in ipsa fieret thearchicum ineffabi-
lis Dei formationis mysterium. Secundo, hoc fuit
conueniens reparationi humanae, quae futura erat p
Christum. Vnde Beda dicit in hom. Aptum huma-
nae restorationis principium, ut angelus a Deo mit-
teretur ad Virginem partu consecrandam diuino,
quia prima perditionis humanae fuit causa, cum ser-
pens a diabolo mittebatur ad mulierem spiritu su-
perbia decipiendam. Tertio, quia hoc congruebat
virginati matris Dei. Vnde Hieronimus. * dicit in
sermo assumptionis, Bene angelus ad Virginem mit-
tatur, quia semper est angelis cognata uirginitas. Pro-
fecto in carne praeter carnem uiuere non terrena ui-
ta est, sed caelestis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod mater Dei su-
perior erat angelis, quantum ad dignitate, ad quam
diuinitus eligebatur: sed quantum ad statum praesen-

tis uita, inferior erat angelis: quia ipse Christus ratio-
ne passibilis uita, modico ab angelis minoratus est,
ut dicitur Heb. 2. Sed tamen quia Christus simul fuit
uiator & comprehensor, quantum ad cognitionem
diuinorum non indigebat ab angelis instrui: sed ma-
ter Dei nondum erat in statu comprehensorum, &
ideo de diuino concepta per angelos instruenda
erat.

AD SECUNDUM dicendum, quod (sicut Aug. * di-
cit in sermone de assumptione) beata uirgo Maria
uera estimatione a quibusdam generalibus excipit:
quia nec conceptus multiplicauit, nec sub uiri, i. ma-
riti, potestate fuit, quae integerrimis uisceribus de Spi-
ritu sancto Christum suscepit: & ideo non debuit me-
diante uiro instrui de mysterio incarnationis, sed me-
diante angelo. Propter quod, etiam ipsa est prius in-
structa, quam Ioseph; nam ipsa instructa est ante con-
ceptum, Ioseph autem post eius conceptum.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut patet ex au-
thoritate Dionys. * inducta, angeli incarnationis my-
sterium cognouerunt: sed tamen interrogabant, per-
fectius scire cupientes a Christo huius mysterii ro-
nes, quae sunt incomprehensibiles omni creato intel-
lectui. Vnde Maximus dicit, Quod angeli nouerint
futuram incarnationem, ambigere non oportuit. La-
tuit autem eos inuestigabilis Domini conceptio at-
que modus, qualiter totus in genitore, totus mane-
bat in omnibus, nec non & in uirginea cellula.

AD QUARTUM dicendum, quod quidam dicunt
Gabrielem fuisse de supremo ordine angelorum, p-
pter quod Gregor. * dicit, summum angelum uenire
dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat:
sed ex hoc non habetur, quod fuerit summus inter
omnes ordines, sed respectu angelorum: fuit enim
de ordine archangelorum. Vnde & ecclesia cum ar-
changelum nominat, & Gregor. * ipse dicit in Ho-
mil. de centum ouibus, quod archangeli dicuntur,
qui summa annuntiant. Satis est ergo credibile, quod
fuit summus in ordine archangelorum. Et sicut Greg-
or. * dicit, hoc nomen officio suo congruit: Gabriel
enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo for-
titudinem nuntiandus erat, qui uirtutum dominus
& potens in praelio, ad debellandas potestates aereas
ueniebat.

AD SECUNDUM dicendum, quod (sicut Aug. * di-
cit in sermone de assumptione) beata uirgo Maria
uera estimatione a quibusdam generalibus excipit:
quia nec conceptus multiplicauit, nec sub uiri, i. ma-
riti, potestate fuit, quae integerrimis uisceribus de Spi-
ritu sancto Christum suscepit: & ideo non debuit me-
diante uiro instrui de mysterio incarnationis, sed me-
diante angelo. Propter quod, etiam ipsa est prius in-
structa, quam Ioseph; nam ipsa instructa est ante con-
ceptum, Ioseph autem post eius conceptum.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut patet ex au-
thoritate Dionys. * inducta, angeli incarnationis my-
sterium cognouerunt: sed tamen interrogabant, per-
fectius scire cupientes a Christo huius mysterii ro-
nes, quae sunt incomprehensibiles omni creato intel-
lectui. Vnde Maximus dicit, Quod angeli nouerint
futuram incarnationem, ambigere non oportuit. La-
tuit autem eos inuestigabilis Domini conceptio at-
que modus, qualiter totus in genitore, totus mane-
bat in omnibus, nec non & in uirginea cellula.

AD QUARTUM dicendum, quod quidam dicunt
Gabrielem fuisse de supremo ordine angelorum, p-
pter quod Gregor. * dicit, summum angelum uenire
dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat:
sed ex hoc non habetur, quod fuerit summus inter
omnes ordines, sed respectu angelorum: fuit enim
de ordine archangelorum. Vnde & ecclesia cum ar-
changelum nominat, & Gregor. * ipse dicit in Ho-
mil. de centum ouibus, quod archangeli dicuntur,
qui summa annuntiant. Satis est ergo credibile, quod
fuit summus in ordine archangelorum. Et sicut Greg-
or. * dicit, hoc nomen officio suo congruit: Gabriel
enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo for-
titudinem nuntiandus erat, qui uirtutum dominus
& potens in praelio, ad debellandas potestates aereas
ueniebat.

ARTICVLVS III.

Utrum angelus annuntians debuerit
beata uirgini uisione corpora-
li apparere.

AD TERTIUM sic proceditur.
Videtur, quod angelus an-
nuntians, non debuerit uir-
gini apparere uisione corporali.
Dignior enim est intellectualis ui-
sio quam corporalis, ut August. *
dicit decimo secundo super Ge-
nes. ad literam. Et praecipue ipsi an-
gelo est magis conueniens: nam
uisione intellectuali uidetur ange-
lus in sui substantia: uisione autem
corporali uidetur in assumpta fi-
gura corporea: sed sicut ad annun-
tandum coconceptum diuinum de-
cebat uenire summum nuntium,
ita etiam uidetur, quod decuerit
eum summum genus uisionis, ergo
uidetur quod angelus annuntians

¶ Super questionis
trigesima articulum
tertium.

T itulus simul
querit, quia &
propter quid de cor-
porali apparitione,
an scilicet fuerit, &
quare fuerit appari-
tio uisibilis; utrum-
que enim importat
titulus, quarens an
debuerit apparere cor-
poraliter.

¶ In corpore ad u-
trumque simul res-
pondetur. Angelus
apparuit corporaliter,
& hoc conuenien-
ter. Probat triplici-
ter. Omnia clara
sunt in litera. Quia
tamen moderno tem-
pore audita est no-
ua quaedam praesum-
ptio, dicens appari-
tionem istam non
esse

In libello de
assump. bea-
te Mar. ca.
4. a. med. ca.
mo 9.

Circa prin.
corp. art.

Homil. 34. an-
te med. h. 19.

Homil. 34. in
euang. ante
mediu eius.
Eod. loco
nunc proxi-
mo dicit 1

3. dist. 3. q. 3.

2. 1. q. 2.

Li. 3. ca. 25.
& 10. & 14.
co. 3.

Cap. 7. m.

Cap. 11.

3. di. 3.

In prin. ca.

3. c. 7. q. 1.